



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De admonitio[n]ib[us] futur[a]e calamitatis. Ca. 31

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**



& J. c. 58. §. 6 go quomodo nos effugiemus, scilicet plagā dei si tātam neglexeritis salutē, nobis nō tātum in veteri lege per prophetas, sed iam in nouo testamēto per ipsum saluatorē tum sermone, tū etiam signis & portētis, ac varijs virtutibus, & sancti spiritus distributionibus reuelatā: Christus potēs est eis, qui tentātur, auxiliari. Rursus apostolus: Cōsideremus inuicē in prouocationem caritatis & bonorū operum, & tāto magis quādo videritis appropinquātem diē. Terribilis autem quādam expectatio iudicij, & ignis amulatio quā cōsumptura est aduersarios. Et infra: Noe respōso accepto, ne his quā adhuc nō videbātur metuens, aptauit arcam in salutem domus suā. Per id apostolus nos docet, vt apertemus pēnitentiā in salutē nostrā.

Aug. 3. de tri  
ni. 9.

Heb. 10.

Heb. 11.

§. c. 4. §. 8.  
& J. c. 31. §. 9.  
§. c. 2. §. 1.  
J. c. 33. §. 3.  
§. c. 15. §. 18

J. eo. §. 12

J. c. 40. §. 9.  
J. ca. 35. §. 15.  
J. c. 31. §. 1 pr  
§. c. 16. §. 5.  
& J. c. 31. §. 12  
§. c. 27. §. 1.  
§. c. 26. §. 5.  
§. cod. §. 11.  
& J. c. 31. §. 12  
J. c. 39. §. 1  
§. c. 22. §. 11.

XI § O peccatores cōsiderate pēnitentiā virtutē quoniam grata est deo, angelis lætabunda, hominibus utilis, peccatoribus necessaria. Dicit em̄ hominib; ad angelos creaturā reddit creatori, ouem perditā demonstrat quā rēti: prodigū filiū reducit ad patrem, & vulneratū à latronibus custodi curā dum tradit. In hac om̄e bonum inuenitur, per hanc om̄e bonum cōseruatur, fugat tenebras, inducit lucē, ipsa est ignis peccata cōsumēs. Hæc Augustinus. Pēnitēmini igitur & cōuertimini, vt deleātur peccata vestra. De nullo certe peccatore est desperandum quā diu patiētia dei ad pēnitentiā illū expectat.

Aug. de pē  
nitētia.

Th. 4. di. 14.

q. 2. p. 10.

Lucā. 15

Lucā. 10

Actū. 3

De pē. di. 1.

c. nemo.

8. Bir. 26.

2. Mach. 6.

4. Bir. 131

2. Bir. 17.

4. Bir. 31.

XII § Pericula autem nostra futura ostendūt nō ad cōfusionē hominum sed vt cōuertātur, & cognoscāt iustitiā & misericordiam dei: assueti em̄ sunt homines sordibus, & nisi verberibus nō erudiūtur. Vtinā in disciplina se cognoscāt & respiciāt. Quocirca Christus apud Birgittā sē penumero pēnitentiā subire nos admonet inquis: Misericordiā meā iam venit utpote per reuelationes, ideo discāt homines quærere misericordiā, & de iudicij sibi præcauere. Et infra: Occurrā pēnitentiā in media via, sicut pater filio prodigo, & auferam eū de custodia sua sicut iudex misericors, ne videat mala futura. Ille vero qui permanet in lepra sua: morietur cū his qui pleno sunt vētre, & sepelietur, ac iudicabitur cū leprosis.

6. Bir. 7.

Bir. extr. 82.

& c. 86

Et infra: Nisi se em̄dauerint, permittā eos modico tēpore incedere per viā volūtatis suā, deinde ducā eos per viā similē spinis & punctionibus. Et infra: Ohō, ego scilicet Christus clamo ad te misericorditer, q̄ clamaui ad te in cruce lachrymabiliter, eleua aures tuas & exaudi me, aperi oculos tuos & vide me, inquire potētiā meā in veteri lege, & inuenies eā in creatiōe creaturāz om̄ mirabilē & timēdā: vide iustitiā meā in primo angelo, & in primo hoīe, ac ī diluuiō, vide in reliq̄z ciuitatū submersiōe, vide admonitiōē pphetaz. Audi nūc alti, q̄ nisi egeris pēnitentiā veniet tibi vā, q̄ vā caro tua arefcet, aīa pauore dissoluet, & medulla tora dissicabit, fortitudo infirmabit, pulchritudo euanescet, vita habebit dē dio, fuga q̄retur, & nō inueniet: ideo fuge celeriter ad latibulū humilitatis meę, ne veniat vā q̄d minaf, q̄a ideo minaf vt fugiat, si credideris corde: sin autē, opus dabit sinē verbis. Tādē beata Maria ait: Magnū periculū est nō curare recōciliari iudici ante q̄ gladius separat caput à corpore: tale periculū instat homini nō attēdēti recōciliari iustitiā dei ante q̄ mors separat animā à corpore.

Apoc. 16

J. c. 55. §. 3.  
J. ca. 54. §. 8.  
§. cod. §. 8.  
& J. c. 53. §. 18  
& J. c. 54. §.

§. c. 17. 1 pr.  
& J. c. 31. §. 9  
§. c. 17. §. 20  
§. ca. 22. in  
prin.

6. XIII § Ex quo autē nūc videmus tps & dies malos instātes & phialas irę dei videlicet quintā & sextā esse sparsas, ac sigillū sextū apertū, nec nō diabolū diffusū cōtra om̄es hoīes maxime cōtra Christianos, exigētibus demeritis nostris, quia circa nos om̄is deficit religio. Apprehēdamus ergo nos morbidi peccatorum res medicinā pēnitentiā, sine qua saluari nequimus. Et cōuertamur ad pēnitentiā fructuosam, ac faciamus iustitiā corā dño, credentes q̄ suā nobiscū faciat misericordiā. Anima nostra sit liquefacta, quē admodū dilectus Chr̄s loquutus ē. Adeamus cū fiducia ad thronū gr̄e eius, vt misericordiā cōsequamur, & grām inueniamus in auxilio oportuno. Humiliemur deniq; sub potēti manu dei, vt nos exaltet in tpe visitationis, & cōuertamur ad dñm ex toto corde cū ieiunijs & fletu & plāctu peccata obmittētes, vitāq; nostrā emēdantes in melius, benignus em̄ & misericors est deus, suā acerbā sententiā in dulcē executionē mutaturus ad nostrā. s. pēnitentiā, qua cito à deo veniā impetremus ante q̄ pereamus in æternū.

Thobiaz. 13.

Cantic. 5

Heb. 4.

1. Petri, 5

§. c. 3. §. 3. &  
J. ca. 56. §. 5.  
& J. c. 43. §.

12. De admonitionibus futurę calamitatis. Cap. XXXI.

Quoniam



Ozee.5 **Q**uoniam ad poenitiae prouocationem nosmetipsos minimè emendare studemus, neque damus cogitationes nostras, ut reuertamur ad deum nostrum, quia spiritus fornicationum in medio nostrum est, ut dominum deum non cognoscamus, ideo dignatus est altissimus de futuris aduersitatibus modo immiserentibus iam dudum per veteres prophetas nos admonere: non ut nos confundat, sed tanquam pius pater filios suos adhortetur, quemadmodum Thobias pergebat ad omnes qui erant in ciuitate, id est, in ecclesia, & monita salutis dabat eis. De nobis itaque corripiendis & coercendis deus habet rationem, quae potius admoneamur à peccatis discedere, quam pro sceleribus puniamur. Tanta equidem est prouisio diuina, ut vindictam admonitio praecedat. Vnde inquit dominus ad Hieremiam: Tolle volumè libri, & scribes in eo omnia verba quae locutus sum tibi aduersus omnes gentes: si forte audientes vniuersa mala quae cogito eis facere, reuertatur vnusquisque à via sua pessima, & propitius ero iniquitati, & peccato eorum, quoniam magnus furor & indignatio est, quae loquutus est dominus aduersus populum hunc.

I. Cor. 4. **I**demque Sapiens ad dñm ait: Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua immittere illis, scilicet peccatoribus multitudinè plagae. Nam & sine nis vno spiritu poterat occidi, persecutione passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuae, sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Et Esaias: Quae prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuntio, antequam oriatur audita vobis facia, visiones enim quae nos turbant, hoc praemonent, ne insciji quare mala patiamur, pereamus. Nouissime autem Christus per seipsum, in euangelio semper loquens, nos auisat. Cui audieritis (inquit) praedicationes & seditiones, nolite terri, oportet primum haec fieri, vbi in Homelia Gregorius ait: Dñs ac redemptor noster perituri mundi praecurrètia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint praecitata: minus enim iacula feriunt, quae praegreduntur & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra haec prouidentiae clipeo muniamur. Ideo Sapiens subiungit: Illa nox, id est, plaga, cognita est à patribus nostris, ut sciètes animae quietiores essent. Ammodo Christus ait: Dico vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis, quia ego sum. Et infra: Non turbet cor vestrum, neque formidet, audistis quia ego dixi vobis, vado & venio iteque ad vos. Simili modo in iure civili pro consul iubetur, antequam fines prouinciae sibi de re ingrediat, de aduetu suo ad dictum proponere, atque significare qua die fines sit ingressurus, plerumque enim incerta haec & inopinata turbant prouinciales & actus impediunt.

Esa. 42. **I**demque Sapiens ad dñm ait: Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua immittere illis, scilicet peccatoribus multitudinè plagae. Nam & sine nis vno spiritu poterat occidi, persecutione passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuae, sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Et Esaias: Quae prima fuerunt, ecce venerunt, noua quoque ego annuntio, antequam oriatur audita vobis facia, visiones enim quae nos turbant, hoc praemonent, ne insciji quare mala patiamur, pereamus. Nouissime autem Christus per seipsum, in euangelio semper loquens, nos auisat. Cui audieritis (inquit) praedicationes & seditiones, nolite terri, oportet primum haec fieri, vbi in Homelia Gregorius ait: Dñs ac redemptor noster perituri mundi praecurrètia mala denuntiat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerint praecitata: minus enim iacula feriunt, quae praegreduntur & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra haec prouidentiae clipeo muniamur. Ideo Sapiens subiungit: Illa nox, id est, plaga, cognita est à patribus nostris, ut sciètes animae quietiores essent. Ammodo Christus ait: Dico vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis, quia ego sum. Et infra: Non turbet cor vestrum, neque formidet, audistis quia ego dixi vobis, vado & venio iteque ad vos. Simili modo in iure civili pro consul iubetur, antequam fines prouinciae sibi de re ingrediat, de aduetu suo ad dictum proponere, atque significare qua die fines sit ingressurus, plerumque enim incerta haec & inopinata turbant prouinciales & actus impediunt.

II § Deus igitur, qui tum per prophetas, tum per Christum filium suum gladii sui aduentum significauit, ob nostra scelera in breui mittet nobis flagellum, maxime propter flagitium sacrilegum, quod diuinis sacramentis ab indignis clericis simoniace, aut alias impudenter indies exhibet, quod etià à sacrilegis laicis ecclesiae & eius ministris irrogat. Nam vtrique cum laici, tum clerici iniquitate bibentes, claudunt pedibus, quia claudicat à semitis suis, ac languidum, ac claudum munus deo inferunt. Nimirum ecclesia fidesque catholica iam tota pene claudicat. Quod in typo ecclesiae figuravit Petrus, qui claudicans sequebatur Iesum à longe, ac ad eius monumentum cucurrit prolixius. Similiter Iacob patriarcha pede claudicabat, quoniam neruus marcebat in femore eius. Sic modo ecclesia in pede, id est, in cauda status quati claudicat. Propterea praecipit nobis Apostolus, dicens: Remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret.

III § Hinc in Ezechiele ad modernam ecclesiam dñs: Quia in preceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis: ite pro eo quod sanctum meum violastis in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominatiõibus tuis, ego quoque confringam, & non parceret oculus meus, & non miserebor, sed complebo furorẽ meum. Et infra: Vrbes defertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur, & interibunt aræ vestrae, & scient quia ego dñs non frustra locutus sum, ut facerem eis malum, & extendam manum meam super eos, & faciam terram eorum desolatam. Et infra: In finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus, quia in preceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia gentium estis operati.

Aufcul-



III § Ausculta quæso seueram dei comminationem in libro Leuitici sapius repetitã, dicẽtis: Si non audieritis me, neq; feceritis omnia mandata mea sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis: ego quoq; hæc faciã vobis visitabo vos velociter in egestate, ponã faciem meam contra vos, & corruetis. Et infra: Sin autem nec sic obaudieritis mihi, addã correptiones vestras septuplũ propter peccata vestra, & cõteram superbiam duritiæ vestræ, dabõq; vobis cœlũ de super sicut ferrum, & terrã æneam. Et ibidẽ addũtur plures acriores cõminationes plagarum, si noluerit populus vltierus dei recipere disciplinam. Quatuor principales plagæ notãtur infra:

V § Populus pariter Christianus modo proteruus est, atq; cõtumax, deiq; monita audire cõtēnit. Quocirca iustissimus dominus cõtra hunc cœne populũ nõ credẽtem sibi in omĩbus signis quæ fecit coram eis dicit: feriam igitur eos p̄ filẽtia atq; cõsumam. Deus quoq; visitat peccata hominũ vsq; ad tertiam & quartam generationem, inquit: Quadraginta annis recepi iniquitates vestras, & scietis vltionem meã, quoniã sicut loquutus sum, ita faciã omni multitudini huic pessimæ. Quibus Moyses: Cur inquit transgredimini verbũ domini, quod vobis non cedit in prosperũ. Iterum alibi: Si audire nolueris vocem domini dei tui, vt custodias & facias omnia mãdata eius veniẽt super te omnes maledictiones istæ, & apprehendẽt te. Maledictus eris in ciuitate, in agro & ceteris, mittet dominus super te famem, esuriem, & increpationem, donec cõterat te, & perdat propter adinuẽtiones tuas pessimas. Ibi plures horrendæ enumerantur plagæ, de quibus trãsgressores mãdatoꝝ dei auifantur.

VI § Simili modo saluator cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia nõ egissent pœnitentiã, dicẽs: Væ tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, id ẽ miracula, quæ factæ sunt in vobis, pœnitentiã egissent: veruntamẽ dico vobis, Tyro & Sidone remissus erit in die iudicij q̄ vobis: vigilate igit, quia nescitis diẽ neq; horã, vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Cuius idẽ saluator nos benigne monet, aiens: Nescitis em̄ quãdo dominus domus veniet, fero ~~in~~ illa nocte, an gallicantu, an mane: ne quũ venerit repẽte, inueniat vos dormiẽtes. Idem: Attendite autẽ vobis ne forte graueatur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & supueniat in vos repẽtina dies illa, tanq̄ laqueus: nã superueniet in omnes q̄ sedẽt super faciem omnis terræ. Vigilare igitur omi tempore orãtes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt.

VII § Circũdederũt equidẽ nos mala, quorũ nõ est numerus. Cõgregata em̄ sunt sup nos flagella & ignoramus. Nã vultus dñi super faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Multæ quoq; tribulationes iustorum. Cum peribunt peccatores videbis, iniusti autem disperibunt simul, & reliquæ impioꝝ interibũt. Eteñ sagittæ tuæ, id est, aduersitates tẽporales transeunt, id est, cessabũt sed vox tonitruu tui, id est, comminatio euãgelica & prophetica in rota, id est, in æternum durabit. Nam iniqui in præfenti seculo frequẽter gustant arram futuri infernalis supplicij, factum exemplum ignis æterni, sicut iusti arram beatitudinis vt in scriptura Cath. Seneñ. diffuse reperitur. Ecce ostẽtio pœnæ temporalis erit inceptio æternæ. Ideo Psalmista subiũgit: Miste in eos iram indignatiõis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immissiones per angelos malos: Notãter bis dicit, iram & indignationem qui temporalem & æternam denotat, vt in Hieremia: Induc super eos diem afflictionis, & duplici cõtritione cõtete eos. Sed in arra pœnæ nemo desperet, quoniã peccator dum viuit, potest respicere, firmiter sperãdo in dei misericordiam.

VIII § Nunc perspiciendũ est, quid Esdras de diuinis admonitiõibus scripserit: Ecce ego induco dicit dominus, super orbem terrarum mala, gladium famem, mortem & interitum: propter quod superpolluit iniquitas omnem terrã, & adimpleta sunt opera nociua illorum: propterea dicit dominus: lam non silebo de impietatibus eorum, quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his, quæ inique exercent, Et infra: Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec veniãt super terram;

Leuiti. 26

E. c. 19. §. 6.

E. c. 11. §. 2 &amp;

I. c. 38. §. 8

Deute. 28

Nume. 14

Exod. 20. &amp;

Tho. 12. q. 9.

87. ar. 8

Deut. 28

E. c. 4. §. 10

&amp; I. eo. §. 8.

Matt. 11.

Lucæ. 10

Matt. 25. 26.

Lucæ. 22

Marc. 13

Lucæ. 21

I. eo. §. 16. &amp;

I. c. 54. §. 7.

Psal. 39

Psal. 35.

Psal. 34

Psal. 36

Psal. 76.

Ca. Se. c. 45

&amp; ca. 46. cũ

similibus

Psal. 77.

Hiere. 17

Ca. Se. c. 129

in fi. &amp; c. 132

post prin.

4. Esd. 15

4. Esd. 16

terram;



DE ADMONITIONIBVS FVTVRAE CALAMI. &c.

terram: ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamēta terre, quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario, sic non reuertent mala quæ missa fuerint in terram. Væ mihi, væ mihi, quis me liberabit in illis diebus: initium dolorum, & multi gemitus, initium famis, & multi interitus, initium bel-  
lorum, & formidabunt potestates, & initium malorum, & trepidaubunt omnes. In his quid faciam cum venerint mala? Ecce fames, & plaga, & tribulatio, & angu-  
stia, missa sunt flagella in emendatione: & in his omnibus se non couertent ab in-  
quitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. Ecce erit annonæ vi-  
litas super terram sic, vt putent sibi esse directam pacem, quia deus dimisit eos se-  
cundum desideria cordis eorum. Sed tunc germinabunt mala super terram, gladi-  
& abundantia fuit nonnullis retroactis temporibus, quibus tum stulti homines

Psal̃m. 80

Psal̃m. 143

4. Esd. 16

Aggæi. 2

Hiere. 6.

Hiere. 19

Hiere. 21

Hiere. 23

4. Regū. 25.

Hiere. 23

g. c. 30. §. 15.

& j. c. 35. §. 1

Hie. 24. & 30

Ecci. 22

Deute. 32

læta, beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Inde timendum est, ne appropin-  
quent iam dicta mala per Esdram nobis pręnuntiata. Nam dominus ibidem sub-  
dit ad Christianos, dicens: Audite verbum plebs mea, parate vos in pugnam, &  
in malis sic estote quasi aduenæ terræ. Adhuc pusillum & tollerur iniquitas à ter-  
& iustitiaregnabit in vos.

IX § Præterea in Aggæo inquit dominus: Percussisti vos vento vrente, &  
aurigine & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui  
reuerteretur ad me. Quamobrem deus minatur nobis infligenda mala multa per

Hieremiam, dicens: Ecce ego adducam malum super populum istum, & dabo in  
populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus pe-  
ribit. Et infra: Sic conteram populum istum & ciuitatem, id est, ecclesiam istam,

sicut conteritur vas figuli quod non potest vltra instaurari. Et infra: Debello  
vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira  
grandi, & percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestia pestilētia ma-  
gna morientur. Rursus Hieremias: Ecce (inquit) turbo dominicæ indignationis  
egredietur, & tempestas erumpens, super caput impiorum veniet. Non reuertet  
furor domini, vsquedum faciat & compleat cogitationem cordis sui. Prout hæc  
prophetia ad literam verificata est in destructione Hierosolymæ tempore Nabu-  
chodonosor. Figuratiue autem iterum verificabitur prochdolor in proxime futu-  
ra & calamitosa destructione ecclesiastici status, de qua infra habebitur, quia in  
similibus vel etiam maioribus delictis iam laboramus, & diuinas admonitiones,  
sicut quondam Iudæi, sic hodie nos Christiani contempnimus. Ideo Propheta sub-  
iungit: In nouissimis diebus, vtpote in iam currentibus quinto & sexto statibus,  
intelligatis consilium eius.

X § Vltimus dominus ait: Mittam in eis gladium & famem & pestem,  
donec consumantur de terra. Faciam enim consummationem in cunctis gentibus  
in quibus disperfi te. Te autem scilicet ecclesiam non faciam in cōsummationem,  
sed castigabo te in iudicio, vt non tibi, vtpote in membris tuis videaris innoxius.  
Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus. Hæc enim feci tibi  
propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua. s. tuorum mē-  
brorum. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cog-  
itationem cordis sui. In nouissimis dierum intelligetis ea. Ecce quàm manifeste  
dominus per Hieremiam hodie acres nobis minas indicat.

XI § Quæ quidem minæ sunt indubitata iudicia futurarum nostrarum  
calamitatum. Nam sicuti ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur, sic &  
ante sanguinem supplicij minæ præcedunt. Vidit autem dominus, & ad iracundi-  
am concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filia, ideo ait: Ignis succen-  
sus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Foris vastabit eos gla-  
dius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum sene. Mea est vl-  
tio, & ego retribuam eis in tempore scilicet præsentis, vt labatur pes eorum. Ego  
occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu  
mea possit eruere: leuabo ad cælum manum meam, si acuro vt fulgor gladium  
meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & his  
qui ode

g. c. 29. §. 2.  
& j. c. 30. §. 9

g. eo. §. 5. &  
j. c. 50. i. pri.

g. eo. §. 7  
g. c. 29. §. 3.  
& j. c. 47 §. 3

j. c. 42. §. 11.  
g. c. 26. §. 6.

& j. c. 34. §. 5  
j. c. 60. §. 6  
j. c. 45. §. 8

j. c. 55. §. 7  
j. eo. §. 15.

g. c. 22. §. 17.  
g. c. 27 i. pri.

& j. c. 12. §. 9  
j. c. 50. §. 2  
g. eo. §. 5. &

j. c. 50. §. 1  
j. c. 55. §. 9  
g. eo. §. 8. &

j. c. 51. §. 7  
j. eo. §. 10  
g. c. 17. §. 28

& ca. 44.  
§. 10

j. c. 46. §. 2  
g. c. 1. §. 2 &

j. c. 46. §. 15.  
j. c. 50. i. pri.

g. c. 16. §. 5.  
in fine. j. ca.

38. §. 9  
g. eo. §. 2. &  
g. c. 27. §. 5.

& j. eo. §. 11  
& j. c. 41. §. 6  
j. c. 35. §. 2

g. eo. §. 2. &  
j. c. 32. §. 11  
g. eo. §. 8 &

j. eo. §. 15.  
j. c. 49. §. 17  
j. c. 37. §. 4

g. ca. 15. §. 4  
in fine  
g. eo. §. 7 &

qui ode



I. cap. 35. §. qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Deus itaq; reddet vindictā impijs & peccatoribus, quales nos sumus, quos uiciscetur secundum peccata nostra. Væ igitur nobis in quibus dominus omnipotens se vindicabit. Eccī. 12  
Iudith. 16

XII § Christus dominus noster apud Birgittam crebro nos admonet, dicens: Inimici mei sunt quasi bestia ferocissima, quæ nunquam faciri possunt, nec quietescere, ideo ego separabo eos ab amicis meis cum serra ferrea. Et infra: Inimicus meus habet in se tres dæmones, ideo in veritate mea iuro quod iudicabo eum sicut meretricem ad ignem sulphureum, sicut proditorem & infidiatorem ad omnium membrorum incisionem, & sicut domini sui contemptorem ad perpetuam confusionem. Et infra: Ego video amicos meos à me cadere in viam ubi chaos horrendum est, è quo impossibile est consurgere, quibus amicis loquor p̄ eos qui habent intelligentiam scripturarum, loquor per flagella, præcaueo eos de periculo eorum, sed ipsi contra vadunt in inuium, non curantes de verbis meis. Et infra: Si peruersi cōuerterint se ad me, occurrā eis in via, & alleuabo eorū onus, siq; autem, mittam ad eos animal velocius tigride, quod consumet eos, & sicut scriptum est: Fient dies eorum pauci, & filij eorum abiq; patre, & eos; vxores viduæ. Hoc animal videtur esse tyrannus, de quo infra dicitur. 1. Birg. 6  
1. Birg. 13  
2. Bir. 19  
4. Bir. 125  
Pfal. 108

XIII § Rursus Birgittæ Christus mandat, inquit: Loquere eis nunc fudicialiter excessus eorum, qui mihi nimis ex diurnitate peccati abominabiles sunt, nisi se emendauerint, tam velox & sæuerus veniam eis, quod omnes ingemiscent & deficient, iudicabo eos gladio meo, qui omnia membra eorum à capite vsq; ad pedes conscindet. Ostendi eis verba oris mei, sicut nunquā factum fuit prius & spreuerunt, propterea non parcam eis, nec recipiam pro eis preces sanctorum. Imò lætabitur iustus cum viderit vindictam. Sequitur in Birgittæ: Veniam eis ribaldis statim, non sicut amicus, sed sicut qui vltionem capiam ex eis. Væ eis qui tempore pacis suæ noluerunt quærere æternum bonum, ideo nunc consurget eis paupertas, & captiuitas, pudor, humiliatio, & dolor. Et infra: Princeps terræ & prælati ecclesiarum, ac omnes status mundi libentius aspiciunt delectamenta terrena q̄ passionem meam, & nisi mutauerint corda sua, & conuerterint se ad me, condemnabuntur cum illis, qui partiti sunt vestimenta mea & super vestem meam miserunt fortem. 6. Birg. 8  
Pfal. 57  
6. Bir. 64  
7. Bir. 16  
Iohā. 19  
& Pfal. 21.

XIII § Iterum audite omnes inimici mei in mundo viuentes, scilicet omnes clerici, archiepiscopi, episcopi, cæteri q; inferioris gradus seu religionis cuiuscunq; ordinis estis, audite reges & principes, ac iudices terræ, omnesq; seruitutes, audite mulieres, reginæ, ac omnes dominae & ancillæ, aliæq; cuiuscunq; conditionis & gradus estis, magni & parui, qui habitatis orbem. Vos recessistis à me & dedistis fidem diabolo, vos reliquistis mandata mea, & sequimini diaboli voluntatem, & obedistis suggestionibus eius, non attenditis q̄ decepti estis, ideo portatis iugum & onus diaboli cum suauitate fallaci, & nescitis, nec ista sentitis, antequam dolor super onus interminabile appropinquet. Magna est enim voluptas carnis & insatiabilis cupiditas quasi sacculus perforatus, quia nihil est quod satiare potest cupiditatem vestram, qui merces vestras mittitis in sacculū pertusum. Videor vobis quasi vermis mortuus in hyeme, ideo facitis quæcūq; vultis, & prosperamini. Ego autē consurgā in æstate, & tūc vos silebitis, & nō effugietis manum meam. Redite igitur ad me, & excutite graue iugum diaboli à vobis & recordamini charitatis meæ. Similiter Apostolus inquit: Resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad eius voluntatem. Sequitur in Birgittæ: Complebuntur omnia verba quæ dicta sunt tibi Birgittæ. Inter vltima vero verba omnium reuelationum ponatur illa vniuersalis reuelatio. Quod iudicium meū adimplebitur super omnes gentes quæ ad me cum humilitate non reuertuntur. Et infra: Ego visitabo multos, & in pluribus terrarum partibus ostendi quibusdam, q̄ modo peccatum emendari, & misericordia obtineri debuit, priusq; in eisdē partibus feci iudicium & iustitiam, sed homines non curant. 7. Bir. 30  
7. Bir. 30  
Aggæi. 1.  
Pfal. 21  
2. Tim. 2  
7. Bir. 31  
8. Bir. 56  
Pfal. 108

XV § Insuper virgo Maria apud Birgittam nos pie admonet, inquit ad Christū: 2. Bir. 19

L

Christū:



DE EXCITATIONE CVRATORVM &c.

Christum: Verba tua, fili mi, multis tenebrosa videntur & incredibilia, qui non multoties audita, & idiotis ministrata sunt, nec signis declarata. Hæc verba præcedit petitio mea, & misericordia tua qua misereris omnibus. Ergo omnes qui audierint verba hæc, eleuent oculos, & videbunt in intelligentia vnde processerint verba. Inquirant si sonuerint misericordiam & humilitatem, attendant si sonant præsentia, an futura, veritatem an falsitatem. Et si vera inuenerint, fugiant ad latibulum, i. ad veram humilitatem cum charitate. Nam quando iustitia venerit, tunc præ timore separabitur anima à corpore, animam vero claudet in se ignis & ardebit interius & exterius, ardebit quidem, sed non consumetur. Propterea ego regina misericordie clamo ad habitatores mundi, eleuent oculos & videant misericordiam. Ego moneo & rogo quasi mater, consulo quasi domina, quæ enim venerit iustitia, impossibile erit resistere, ergo credite firmiter & respicite, probate in conscientia veritatem, mutate voluntatem, & tunc qui ostendit verba charitatis, ostendit opera & signa charitatis.

5. Bir. 30

XVI § Rursus in Birgitta: Deus similis est fabro, qui quædoq; ignescit ferum, quandoq; infrigidat, sic deus faber optimus, qui facit mundum ex nihilo,

Mat. 3. in fi  
Mar. 6. i pr.

ostendit suam charitatē Adæ & posteris eius. Christus autē est dictus filius fabri, id est dei omnipotentis qui fabricauit totū mundū. Quinimō ipse Iesus Mariæ filius fabri est, qui sua doctrina & sanguinis effusione ecclesiam fabricauit in salutē

3. Bir. 30

omniū nostrum. Sed (prout sequitur in Birgitta) homines refriguerūt intantū, q̄ deū quasi pro nibilo reputātes, enormia plurima cōmiserunt, propterea ostensa

Gen. 6. 7.  
Ecci. 44. &  
Esa. 54. Mat

miseri cordia, & admonitione benigna præcedente, deus ostendit iustitiā per diluuiū. Sic modo iustitia dei exigit, vt in gratitudo populi, & misericordia dei manifestetur. Hinc Iohannes in sc̄a canonica prædixit nobis, vt in die dñi iudicantis

2. Lu. 17. &  
2. 1. 2.

non cōfundamur. Imploremus itaq; deū omnipotentē orantes: O q̄ bonus & suauis est dñe spūs tuus in oibus, ideoq; hos qui aberrant, partim corripis, & de quibus peccant, admones, & alloqueris, vt relicta malitia credant in te. Tu igitur, q̄

Sap. 12  
Iudith. 7

pius es, miserere nostri, & in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te. Huiusmodi lamentum vnusquisq; pastor doceat gregem suū, quia ascendit mors per fenestras, & ingressa est domus

Hiere. 9.

nostras, ad disperdendū nos.

De excitatione curatorum, vt publicent iam imminentes calamitates, atq; populo prædicent. Cap. XXXII.

**Q**uia autem ad propheticas, euangelicas, cæterasq; autenticas admonitiones non attendimus, ideo omnipotens deus verbo & exemplo præcepit animarum curatoribus, vt suis concionibus populum exhortentur ad vitæ emendationem. Venit utiq; Iesus prædicans baptismum pœnitentiæ, prius quidem cœpit prædicare & dicere, pœnitentiā agite,

Luc. 3  
Mat. 4

postea misit discipulos præcipiens eis, vt prædicarent, inquit. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicare super tecta.

Matt. 10  
Acto. 10

Hinc Petrus ait: Iesus præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est constitutus à deo iudex.

Luc. 24  
2. Cor. 5

I § Pœnitentiā itaq; in nomine Iesu prædicare oportet sacerdotes, qui Christi legatione funguntur tanq; deo exhortante per illos, Quos saluator hodie mittit, non vt terram infidelium transmeent, sed magis vt fideles in moribus reforment. Id ipsum ostendit discipulis præcipiens: In viam gentiū ne aberitis, sed

Matt. 10  
Matt. 15

potius ad oues quæ perierunt domus Israël, Euntes autē prædicare, dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorū. Et infra: Docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandauī vobis. Rectissimus ordo prædicandi, à modernis animarū curatoribus diligenter obseruandus, vt quemadmodum olim Christiani in fide sunt edocti, deinde fidei sacramentis imbuti, ita tandem in seruandis dei mandatis hoc tē

Mat. 28. i fi.

pore acerbius sunt instruendi.

Matt. 22  
Marc. 12

II § Quippe pauci sunt Christiani, q̄ præcepta dei implent, p̄sertim illud maius: Diliges deū sup oīa, & proximū sicut te ipsum. Quocirca beata apud Birgittam

§. c. 3. §. 1. &  
I. c. 53. i pri.  
I. ca. 32. §. 14  
§ eo. §. 11. &  
I. c. 35. §. 6  
§. ca. 30. §. 5  
I. c. 36. i prin

I. c. 33. §. 3

2. Iohā. 1.  
§. eo. §. 6  
§. c. 1. §. 5  
§. eo. §. 12  
§. c. 28. §. 11.  
& §. c. 35. §. 3  
§. c. 27. §. 7  
& §. 13. in fi.  
& §. c. 55. §. 3

§. c. 3. §. 3

§. ca. 15. §. 39  
& §. eod. §. 5  
§. i plo. §. 2  
I. ca. 37. §. 4

I. eo. §. 4. &  
I. c. 47. §. 11.  
I. ca. 42. §. 6

I. eo. §. 2